

Reverendo Viro H. Zachariae Ursino Praeceptor
S. B.

286
De Ho 1574. 216/

Scio, Reverende Domine Praeceptor, quam es peccent graviter, et
justam apud cordatos reprehensionem incurrant, qui etate nondum
matura ultro sese committunt cocorem affectuum ductui, prius quam
ratio, quid sequendum, quid minus sit, videre aut suadere possit. Et
tales quidem non parvi sunt, qui parum morati, quid se deceat, quid
moneat, quidve sint de se bonorum judicia, primo quoque aestus im-
petu periti ad nuptias festinant. quae res, quam omnino sacrosan-
ctam Dei ordinationem deformet, quam sit multis hac potissimum
etate, ubi tantum non elementa ipsa, et quae ex his nascuntur,
omnia degenerare. videmus, non modo tristissimorum morborum
sed et justo Dei iudicio praematura ac ferè miserrima nece pra-
estissima causa, quantum denique publice privatimque in Ecclesiam
et Rempublicam importet mali, sine dolore nemo bonus profecto cogi-
taverit. Ista mihi persaepe cogitant, in mentem quoque venerunt
frequenter tua quæstio de hoc hominum genere, unde vel hoc
saltem mihi persuasum coepit esse, sine turpitudine nec posse
nec debere, ne tam cito, quam futurum aut factum esse non-
nulli arbitrantur, de nuptiis cogitare. Postquam verò sic adole-
visset etas et rationis iudicium atque maturasset, ut facile
apud bonos incoepi veniam invenire, ne posse. considerem,
ingenuè induare. S. B. Senatoribus non sum veritus, cum Dei bene-
ficio tam ad Ecclesiasticas quam scholasticas functiones tolerabili
fortasse diligentia subeundas mediocriter instructus essem, ne cape-
re exire ex schola illius angustis, ut mutandi vite genus mihi fa-
cultas esset. cepit ergo in posterum talis esse mearum rerum sta-
tus, ut quod pridem libere cogitaveram, necessarium mihi fieret,
ita n. ruri agere, ut vix vivat, qui solus vivit. Jam itaque, amico-
rum suorum et conditionis hac reducta fortuna mea, ut nuptiae mihi
sint celebrandae, si Deus volet, quod esse assiduis precibus feci et
facio earum auspiciem, ad quintum Januarii diem cum puella
honesto nata et educata loco, sorore huius. Huberti Pastoris Heppen-
heimensis. At profecto admirabilem vidi hanc in re. providen-
tia divina imaginem, ut omnino habeam persuasum, non min-
illam per manus quasi à Deo mihi dari, quam olim Adamo
contigit. Convocavi quoque ad eas viros bonos et honestos, quorum
praesentia credo Te quoque posse delectari. Pro eo itaque, qui semper
in me fuisti animo benevolo, et plus quam planè paterno, proque
dulcissima illa, quam nulla unquam ex animo delere poterit ob-
livio, tuorum in me meritorum certe talium, ut nulla re. vel

minimam eorum partem assequi posse videar, memoria, non possum,
 quin te invitem, orem et obtester, primum quidem, ne istorum
 de quibus dixi, more coeco impetu aut libidine pereitum. Sed honestis
 rationibus, quas cordati vident et intelligunt, adductum, me fecisse,
 quicquid feci, existimes, ac promde tuis votis et precibus conjugio
 nostro beneducas. Deinde vero ut tua presentia et auctoritate
 actum hunc nuptiarum, quod ad diem dictum, heo vel Dominica
 fient, cohonestare, ornare et amplificare non designeris. Ha-
 bes collegam, qui tuas partes fideliter sustinere ad tantum
 temporis possit: Habebis comites et Amicos tibi charos D.
 Schillingium, Jungitum et alios; nec tam prolixum est iter
 quia vel animi causa ejus molestias exhaustire facile velis.
 Quod si ergo paternum illum erga me animum non ejecisti,
 hactenus, obnixè te rogo iterum atq; obsecro, ut et amicorum
 causa et in valetudinis tuae gratiam ad nos excurras, ac diem
 illum vel nunc tandem tibi hilarem sumas. Hoc unum, si
 ad immensum illum tuorum in me meritorum cumulum
 adjeceris, rem certè te compunxit dignam, mihi verò et Ami-
 cis longè gratissimam feceris, et me tanta benevolentia erga
 nos tuae perpetuo memorem experieris. Vale feliciter R. D.
 Proceptor in Domino, qui Te sua incolumem Ecclesie sua
 conservet, et precibus tuis conjugium nostrum heo comenda.
 Data Hemsbaei Pridie Calend. Januarij. Anno M D. LXXIV.

Tue Pietatis

Observantissimij David Pareus
 Ecclesie nascentis in Hemsbach
 Minister.

M. Hermannus Genschere Witteberge
 Pax Christi.

Henricus Haucke Brem. juvenis elegantis ingenio et ma-
 nifeste in studiis, quum nuper isthic videretur doctissi-
 musq; viris charus esset: laudavit mihi per opusculum non
 solum eruditionem et erigiam, sed etiam bonos mores
 et integritatem M. Hermannus Genschere int. ejus
 vi, qui bonorum amore et benevolentia dignus esset. Eum
 ego M. Hermannum avari interced. et gaudeo mihi
 tuis literis provocato, datam occasione familiari-
 ter et ingenue referendi. Primum pro excoressi, quia
 suis eruditissimis literis junxisti gratiam habeo, gratissi-
 mum munus est non modo mihi, cui in primis desbi,

2171

[=Herc. a. 7=

N. 299]